

Ad cognitionem
Capsidarum aethiopicarum.

Scriptisit

O. M. REUTER.

II.

Species sequentes perplures benevole communicaverunt D. H. Schouteden Bruxellensis et D. Dr E. Bergroth. Solum nonnullae, a D:o D:re K. M. Levander in Erythraea inventae, in museo Helsingforsiensis asservantur.

1. *Stenodema carinata* (Fall.).

Reut., Uebers. pal. *Stenodema*-Arten in Öfv. Finska Vet.-Soc. Förh. XLVI (1904), p. 7, 2.

Abessinia, 4 specimina varietatis *pallescens* Reut.

2. *Helopeltis Alluaudi* n. sp.

Inferne cum rostro et pedibus flavo-testaceus, capite, pronoto scutelloque nigris, pronoto strictura apicali annuliformi ochracea vel rufotestacea, scutello medio cum spina pallide flavente; hemielytris fusciscenti-nigris; antennis nigris, articulo primo corpore dimidio (cum hemielytris) paullo brevior, 3 mm. longo, basin versus late testaceo, tertio 4 mm. longo. Long. ♂ 7 mm.